



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Monvmenta Paderbornensia**

**Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>**

**Paderbornae, 1669**

5. Et Campo in Medio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11425**

ductor popularium meruerat, notum & celebrem in Vrbe respexisse velint Virgilium. lib. II. Æneid. v. 642.

*Deicit Herminium, nudo cui vertice fulva  
Cæsaries, nudique humeri; nec vulnera terrent.*

Postquam multa Arminij facta insignia Tacitus. I. & 2. An. memoravit, præclarissimo immaturum ejus obitum elogio profequitur. *Ceterum Arminius abscedentibus Romanis, & pulso Maroboduo, regnum affectans, libertatem popularium aduersam habuit: petitusque armis, cum variâ fortunâ certaret, dolo propinquorum cecidit, liberator haud dubiè Germania, & qui non primordia populi Romani, sicut alij reges ducésque, sed florentissimum imperium lacefferit: prælijs ambiguus, bello non victus, septem & triginta annos vitæ, duodecim potentia explevit; caniturque adhuc apud barbaras gentes.*

5. ET CAMPO IN MEDIO. Lipf. Mollerus. Lindenbrochius. Hamelmañus. Reineccius. Serrarius. Ifac. Pontanus. Calvisius. Pideritius. Stangevolius. l. l. supra § 2. citatis. Hi omnes inter monumenta victoriæ de Romanis reportatæ numerant campum, seu jugi planitiem, vulgò *VVintfeld*, appellatam haud dubiè à victoriâ; nam vincere Germanis *VVinnen* dicitur; verique simile videtur, de campo hoc loqui. Tacit. lib. I. An. *Medio campi albertia ossa, ut fugerant, ut resisterant, disjecta vel aggerata.*

6. PVBES GERMANA. Tacit. I. An. Suet. in Aug. c. 23. Flor. Vellejus. ll. cc. Verè Germana pubes non natione tantum, verum etiam virtute, cujus cum aliàs sæpissimè, tum in prælio Variano illustre specimen dedit; falsò autem & immeritò de Germanis Vellejus scribit, *quod nisi expertus vix credebat, in summâ feritate versutissimi, natumque mendacio genus.* Alienissima hæc calumnia ab indole, & moribus